



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 51. S. Gregorii Nazianzeni orationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

leberrima Ecclesia fuit, quam Anastasiam, Sæculum IV.  
seu Anastasin, id est, Resurrectionem di- A. C. 379.  
xere, eo quod S. Gregorius in ea fidem  
Catholicam quasi resuscitasset. Fuere, *Socr. V. c.7.*  
qui narrabant, hoc nomen miraculo huic *Soz. VIII.*  
Ecclesiæ confirmatum, atque mulierem  
quamdam prægnantem ex hujus Eccle-  
siæ porticu superiore, qui fœminis erat  
destinatus, delapsam, & hoc casu inter-  
emptam, postquam vero populus pro ea  
orasset, una cum infante fuisse resuscita-  
tam. Iterum hæc appellatio confirmata  
sub Imperatore Leone Thrace post ferme  
annos octoginta, quando Reliquiæ S. A- *Theod. lect.*  
nastasiæ Virginis, & Martyris, quæ in ea- *II. hist. c. ult.*  
dem Ecclesia depositæ sunt, fuere allatæ.  
Coeterum S. Anastasia Catholicorum be-  
ne distingueda est ab aliqua Ecclesia No-  
vatiianorum, cui idem Nomen tempore  
Juliani Imperatoris dederunt, cum eam *Socr. II. c. 38*  
sub Constantio destruetam repararent.

§. LI,

*S. Gregorii Nazianzeni Orationes.*

Brevi tempore S. Gregorius omnes in  
sui admirationem rapuit. Præcipue  
in eo suspiciebant solidam Scripturarum  
scientiam, argumentandi methodum  
congruam, & stringentem, imaginandi  
vim fertilissimam, qua res non animi mo-  
do audientium, sed quasi oculis exhibe-  
bat, explicandi difficillima facilitatem,

Oo 3      dictio.

Sæculum IV. dictionem brevem, & castigatam. Ad.  
A. C. 379. volabant Catholici exultantes, quod

sanctam de Trinitate Doctrinam prædi-  
*Carm.de vit.* cari audirent, postquam id a tot annis  
p. 18. non licuisset. Qui S. Gregorium advo-

caverant, eidem prope ut alumno fave-  
bant. Hæretici omnium Sectarum, imo  
& Gentiles, eum audituri conveniebant,  
ut saltem viri Eloquentia delectarentur.

*Or.32.p.528* Ut proprius adstare loquenti possent, cla-  
*carm. 9.p.* thros, Sanctuarium circumdantes, rum-  
78. pebant. Sæpe dicentem turbabant, ap-  
plaudentes manibus, aut altum ad eum  
laudandum exclamantes. Aliqui sermo-  
nes, ore loquentis exceptos, scribabant.

*Or 13. & 14.* Duas orationes composuit, exorta inter  
*car. I. p. II.* Catholicos Constantinopoli Divisione,  
quæ novellam Ecclesiam, antequam fir-  
mas radices ageret, tantum non evulsi.  
Populi, & ipsi Episcopi divisi diversos Prä-  
fules sequebantur; *Alii*, inquit: *pro*  
*Paulo stabant, alii pro Apollo.* His ver-  
bis ansam credendi præbet, quod divisio-  
nem Ecclesiæ Antiochenæ inter Meletium,

*Or.14.p.216* & Paulinum notet. Pravi hominum af-  
fectus, vera dissensionum causa! amo-  
rem sanctæ fidei obtendebant, & quihe-  
ri fuerat Catholicus, hodie pro hæretico  
se haberi mirabatur, mutationis tanquam  
causam ignorans. Hæc sunt mala, quæ  
ista occasione S. Gregorius deplorat; nul-  
lam jam esse virtutis existimationem,

qui

que vulgarem esse persuasionem, nem- Sæculum IV.  
nem esse, qui virtutem sincere colat; A. C. 379.  
hunc contemptum Religioni quoque no-  
cere, cum plurimi Doctrinæ veritatem  
ex Prædicantium moribus, & vita æstima-  
rent. Reconciliatis deinde Catholico- Or. 13.  
rum animis, Hæreticis exprobrabat, quod  
in hac divisione tanquam in sua victoria  
sibi applausissent, quamvis illius causa nul-  
latenus Doctrina, sed Pastorum Electio  
fuerit. Eorum errores de Trinitate sum-  
matim refutat, & subjugavit: *Hæc paucis p. 212.*  
*verbis exposui, ut vos doceam, non ut dis-*  
*putem, secundum Piscatorum, non vero A-*  
*rifiotelis methodum, ad utilitatem vestram,*  
*non ad ostentationem meam.* Promittit p. 213.  
deinde, se ad objectiones Hæreticorum  
prolixius responsurum.

### §. LII.

#### *Discursus Theologicus.*

Promisso stetit S. Gregorius, dum ser-  
mones edidit, qui de Theologia nun-  
cupantur, quia ejus Doctrinam de Natu-  
ra Dei, & Trinitatis Mysterio continent,  
atque præcipue ob hos sermones Nomen  
Theologi ei partum creditur; hoc quip-  
pe nomine veteres, præsertim Græci, Na- Greg. Pres.  
zianenum indicant, ut esset, quo ab aliis p. 25.  
ejusdem Nominis distingueretur. Non  
nulli observarunt, ipsum solum extitisse  
post S. Joannem Apostolum, cui tam  
Oo 3 subli-